

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9476

Autre(s) référence(s) : Round 841

Auteur(s) : Richard Ier Cœur de Lion, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1189, 21 octobre

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard Cœur de Lion confirme à l'abbaye de Savigny toutes ses possessions en Normandie.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

D. Paris, BnF, n. a. lat. n. a. lat. 1022, n° 592, p. 509 et p. 725-730. Copie du XIXe siècle

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 841, p. 303-304.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, diversis episcopatus, n° LXII)

Texte d'après D

Ricardus, Dei gratia rex Anglie et dux Normannie et Anquitanie et comes Andegavium, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus fidelibus suis tocius terre sue, salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse pro amore Dei et salute anime nostre et patris et matris nostre et antecessorum ac successorum nostrorum atque omnium fidelium christianorum ecclesie Sancte Trinitatis de Savigneio et abbati et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuum elemosinam omnes terras omnes que elemosinas atque quietancias quas antecessores nostri et homines eorum donaverunt eidem ecclesie atque concesserunt et eandem ecclesiam cum omnibus rebus ad ipsam pertinentibus assumpsimus in manu et custodia ad defensione nostra sicut propriam abbatiam et dominicam elemosinam nostram et ut omnes possessiones ad eandem ecclesiam pertinentes firmiter ac stabiliter et absque omne dubitatione in perpetuum confirmarentur et in presenti tempore atque futuro libere et quiete ac secure ab eadem ecclesia tenerentur ac possiderentur volumus ut in hac presenti carta nominatim ascriberentur atque confirmarentur et sic ad noticiam successorum nostrorum et ad utilitatem possidentium salve et integre in perpetuum conservatur concessimus itaque eidem abbacie forestam Savigneii, sicut cingitur tribus aquis, Camba scilicet et Chambesna ac Nigra aqua, cum omnibus pertinentiis suis, que foresta est prima possessio ejusdem ecclesie, unde et ipse locus nomen accepit ut Savigneium vocaretur ; quam forestam possidet eadem ecclesia ex dono Radulfi de Filgeriis et Henrici fiii ejus, et ex concessione avi mei Henrici

regis Anglie ; et dimidium molendinum de Romagneio, cum masura et terra molendinarii et aliis pertinentiis suis ; et in parrochia Savigneii terram que appellatur masura Bernerii de Coumailleria cum pertinentiis suis. Ex dono Henrici regis, juxta Abrincas, vineam de Campo Botri, cum pertinentiis suis, et in foresta de Passeio, locum de Sancto Alvcio et locum de Domno Petro, cum pertinentiis eorum ; et juxta forestam locum de Frainsusia et terram de Bello Campo, cum pertinentiis suis, et in eadem foresta ligna ad edificia et focos eorumdem locorum et pasturam animalibus eorum et pastionem et pasnagium porcis ecclesie et monachorum ; et in aliis forestis regis pastionem et pasnagium similiter porcis ipsorum ; et in tota terra ipsius regis quietanciam ab omni consuetudine omnibus rebus ejusdem ecclesie et monachorum. Ex dono meo, in predicta foresta de Passeio, totam terram que est inter ductum de Gulis et ductum Garnerii, et inter viam de Gorram et haiam de Comont, et totam terram que est inter Frainsusiam et eandem forestam, cum pertinentiis earum. Ex dono Roberti filii Martini et Mathildis uxoris ejus, et ex concessione Ricardi comitis Cestrie, et Stephani comitis Moretonii, terram de Venjons cum molendino et multa ejusdem ville et aliis pertinentiis suis et cetera sicut habentur in carta domini Henrici regis Anglie ejusdem Ricardi patris que est XXXa nona a primaquarta superius usque ad hunc locum.

Omnes prescriptas rationabiles donationes omnesque terras et elemosinas que hic enumerate sunt et omnes alias predictis monachis rationabiliter factas concessimus prenominate ecclesie et monachis Savigneii liberas et quietas et ab omni servicio et consuetudine absolutas et ipsam abbatiam et omnes possessiones ad eam pertinentes ubicumque sint et de cujuscumque dono sint in tota terra nostra assumpsimus in manu et custodia et protectione nostra sicut proprias et dominicas elemosinas nostras et ideo volumus et precipimus et firmiter constituimus ut eadem abbatia et omnes res ad ipsam pertinentes per totam terram nostram habeant firmam pacem et perfectam libertatem et omnem quietanciam in mari et in terra in bosco et plano ab omni consuetudine et servitio et exactione sicut elemosine Deo dedicate pro remissione peccatorum nostrorum et redemptione animarum nostrarum. Volumus etiam et firmiter precipimus quod abbatia predicta de Savigneio et monachi in ea Deo servientes hec omnia supradicta et omnia alia que eis rationabiliter data sunt habeant et in perpetuam elemosinam teneant soluta et quieta de omni theloneo et passagio et pontagio et omni alia consuetudine per totam terram nostram bene et in pace libere et quiete et honorifice in terris et hominibus in ecclesiis et decimis in aquis et molendinis et vivariis et mariscis in nemoribus et pasturis in pratis et haiis in viis et semitis et in omnibus locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis ad ipsas donationes et possessiones pertinentibus. Testibus istis, Savar Barthonensi episcopo, comite Roberto de Luestre, Balduino comite de Albam, Willelmo filio Radulfi Normanni senescallo, Roberto Marmion, Scherio de Quinceio, Garino filio Giroldi, Thoma Basset, Alano Basset, Willelmo de Stanno, magistro Roscelino, Juhello capellano, Balduino capellano et aliis multis. Data per manum Eustachii Elyensis episcopi cancellarii pridie idus augusti Cadonum anni nono regni nostri.